



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Germanici Oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

GERMANICI ORATIO.

Conquestio, & hortatio ad vindictam scelera.

Argumentum.

Germanicus Caesar peragrata Aegypto in morbum incidit, quo tenatus, alio repente fuit correptus, quo grauius conflatus est: & suberat suspirio oblatus à Pifone praefide Syria veneni. Desperata valetudine, sic apud amicos, qui tum frequentes aderant moribundus loquutus est. Rogatne inipune tantum scelus patiatur esse Pifoni, & Plancina eius uxori, qua particeps sceleris credebatur. Rationem poenarum persequendarum aperit.

EX TACITO.

Fato mori.

SI fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus Deos esset, quod me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam præmaturo exitu raperent: nunc scelere Pifonis, & Plancinae interceptus ultimas precos pectoribus vestri relinquo. Referatis patri, ac fratri, quibus acerbioribus dilaceratus, quibus insidijs circumuentus, miseram vitam pessima morte finierim. Si quos spes mea, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat, illachrymabunt quondam florentem, & tot bellorum superstitem muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatam, inuocandi leges. Non precipue in hoc amicorum munus est, prosequi defunctam ignauo quaestu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi. Flebunt Germanicum etiam ignoti. Vindicebitis vos, si me potius, quam fortunam meam fouebatis. Ostendite pop. Rom. Diui Augusti Nepotem, eandemque coniugem meam: numerate sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit: fingentibusque scelera mandata, aut non credent homines, aut non ignoscent.

I. Queritur de Pifone, et haec nimis mollis, & languida videtur oratio apud sapientem, qui vitam omnem, mo. tem. v. n. agere putat, ut loquitur Syneius lib. de prudentia.

II. Vltionem flagitat, inerat hoc animis, & adhuc regnat pessima maximo, inimicum vl-

cisci vitam accipere est alteram. Publius Syrus. Fatum autem cuius hic initio meminit est, tunc iniquus dicitur, ut appellatur à Den. asibone in oratione pro Pifone, qua opponitur morti visolita. Sic Cicero dixit mori suo fato, naturali scilicet morte post iustum atatis curriculum consoci.

ALEXANDRI ORATIO.

Hortatoria ad expeditionem.

Argumentum.

Inclinatis iam animis multitudinis ad requiem laboriosa militiæ oprandam, accesserat sparsus sine auctore quidem, sed ex diuturniorum statiuorum occasione excitatus missionis rumor. Qui & si temere percrebuerat, tamen tanta fuerat omnium auiditate acceptus, ut iam totis castris à gregarijs militibus reditus compararetur. Quæ res non mediocriter Alexandrum vix ea ingressum, quæ animo, & spe praeceperat, perculit. Itaque pecoribus per errorem incusatis, illis ipsis auctoribus vulgus ab eo errore, & cupiditate deducere hac oratione statuit, qua leniter obiur-